et uniuersa pecora: serpentes et uolucres pennate. Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre. Iuuenes et uirgines senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super celum et terram: et exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi. P— s

Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie syon exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum: et gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam uindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara. Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.

[illegible] Canticum ysaye prophete

[illegible] conuersus est furor tuus [illegible] Ecce deus saluator meus [illegible]

fontibus saluatoris: et dicetis in illa die confitemini domino
et inuocate nomen eius Notas facite in populis adinuentiones
eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius Cantate domino
quoniam magnifice fecit: annuntiate hoc in uniuersa terra Ex
ulta et lauda habitatio syon: quia magnus in medio tui sanctus israel

Ego dixi in dimidio dierum meorum: *Canticum ezechie regis*
uadam ad portas inferi Quesiui residuum annorum
meorum: dixi non uidebo dominum deum in terra uiuentium Non aspi
ciam hominem ultra et habitatorem quietis Generatio mea
ablata est et conuoluta est a me quasi tabernaculum pastorum
Precisa est uelut a texente uita mea dum adhuc ordirer succidit
me de mane usque ad uesperam finies me Sperabam usque ad
mane quasi leo sic contriuit omnia ossa mea De mane usque
ad uesperam finies me sicut pullus hirundinis sic clamabo
meditabor ut columba Attenuati sunt oculi mei suspicientes
in excelsum Domine uim patior responde pro me quid dicam
aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit Recogitabo
[illegible] O [illegible]
[illegible] uiuificabis
[illegible] Tu autem eruisti
[illegible] post tergum tuum omnia
[illegible] Q [illegible] neque mors laudabit
[illegible] ueritatem
[illegible] V [illegible] sicut et ego
hodie [illegible] D [illegible] omnibus
[illegible] cunctis diebus

E [illegible] *Canticum anne*
[illegible]
[illegible] O [illegible]
[illegible] R [illegible]

est dominus: neque enim est alius extra te: et non est fortis sicut deus noster.
N olite multiplicare loqui: sublimia gloriantes. R ecedant vetera
de ore vestro quia deus scientiarum dominus est: et ipsi preparantur cogitationes.
A rcus fortium superatus est: et infirmi accincti sunt robore. R eple
ti prius pro panibus se locaverunt: et famelici saturati sunt. D onec
sterilis peperit plurimos: et que multos habebat filios infirmata est.
D ominus mortificat et vivificat: deducit ad inferos et reducit. D o
minus pauperem facit et ditat: humiliat et sublimat. S uscitans
de pulvere egenum: et de stercore erigens pauperem. V t sedeat cum
principibus: et solium glorie teneat. D omini enim sunt cardines
terre: et posuit super eos orbem. P edes sanctorum suorum servabit et
impii in tenebris conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur
vir. [illegible] D ominum formidabunt adversarii eius: et super eos
in celis tonabit. D ominus iudicabit fines terre et dabit imperium
regi suo: et sublimabit cornu christi sui. Canticum moysi
C antemus domino gloriose enim honorificatus est: [illegible] equum et ascensorem proiecit in mare. F ortitudo mea et
laus mea dominus: et factus est mihi in salutem. I ste deus meus et glorificabo eum: deus patris mei et exaltabo eum. D ominus quasi
vir pugnator omnipotens nomen eius: currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. E lecti principes eius submersi sunt
in mari rubro: abyssi operuerunt eos descenderunt in profundum
quasi lapis. D extera tua magnificata est in fortitudine: dextera
tua percussit inimicum: et in multitudine glorie tue depo-
suisti adversarios meos. M isisti iram tuam que devoravit eos
sicut stipulam: in spiritu furoris tui congregate sunt aque. S te
tit unda fluens congregate sunt abyssi in medio mari. D i
xit inimicus persequar et comprehendam dividam spolia implebitur anima mea [illegible] E vaginabo gladium meum interficiet eos
manus mea. F lavit spiritus tuus [illegible]

quasi plumbum in aquis vehementibus. Quis similis tui in for
tibus domine? quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis
atque laudabilis et faciens mirabilia. Extendisti manum tu
am et devoravit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua populo
quem redemisti. Et portasti eum in fortitudine tua ad ha
bitaculum sanctum tuum. Ascenderunt populi et irati sunt
dolores obtinuerunt habitatores philistiim. Tunc contur
bati sunt principes edom robustos moab obtinuit tremor
obriguerunt omnes habitatores chanaan. Irruat super
eos formido et pavor in magnitudine brachii tui. Fiant im
mobiles quasi lapis donec pertranseat populus tuus domine donec
pertranseat populus tuus iste quem possedisti. Introduces eos et plantabis eos
in monte hereditatis tue firmissimo habitaculo tuo quod operatus es
domine. Sanctuarium tuum domine quod firmaverunt manus tue.
Dominus regnabit in eternum et ultra. Ingressus est enim
eques pharao cum curribus et equitibus eius in mare et reduxit
super eos dominus aquas maris. Filii autem israel ambulaverunt
per siccum in medio eius. Canticum abacuch

Domine audivi auditionem tuam et timui. Domine opus
tuum in medio annorum vivifica illud. In medio an
norum notum facies cum iratus fueris misericordie recordaberis.
Deus ab austro veniet et sanctus de monte pharan. Operuit
celos gloria eius et laudis eius plena est terra. Splendor eius ut
lux erit cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitu
do eius ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus
ante pedes eius stetit et mensus est terram. Aspexit et dissolvit
gentes et contriti sunt montes seculi. Incurvati sunt colles
mundi ab itineribus eternitatis eius. Pro iniquitate vidi
tentoria ethiopie turbabuntur pelles terre madian. Numquid
in fluminibus iratus es domine aut in fluminibus furor tuus.

uel in mari indignatio tua. Qui ascendis super equos tuos: et qua
drige tue saluatio. Suscitans suscitabis arcum tuum: iura
menta tribubus que locutus es. Fluuios scindes terre: uiderunt
te aque et doluerunt montes: gurges aquarum transiit. Dedit abyssus
uocem suam: altitudo manus suas leuauit. Sol et luna stete
runt in habitaculo suo: in luce sagittarum tuarum ibunt: in splen
dore fulgurantis haste tue. In fremitu conculcabis terram: in
furore obstupefacies gentes. Egressus es in salutem populi tui: in
salutem cum christo tuo. Percussisti caput de domo impii: denuda
sti fundamentum eius usque ad collum. Maledixisti sceptris eius capi
ti bellatorum eius: uenientibus ut turbo ad dispergendum me.
Exultatio eorum: sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. Uiam
fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum. Audiui
et conturbatus est uenter meus: a uoce contremuerunt labia
mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subter me scateat.
Ut requiescam in die tribulationis: et ascendam ad populum accinctum
nostrum. Ficus enim non florebit: et non erit germen in uineis. Men
tietur opus oliue: et arua non afferent cibum. Abscindetur de oui
li pecus: et non erit armentum in presepibus. Ego autem in domino gau
debo: et exultabo in deo ihesu meo. Deus dominus fortitudo mea:
et ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa mea deducet
me uictor in psalmis canentem. Canticum moysi

Audite celi que loquor: audiat terra uerba oris mei. Con
crescat ut pluuia doctrina mea: fluat ut ros eloqui
um meum. Quasi imber super herbam: et quasi stille
super gramina. Quia nomen domini inuocabo: date magni
ficentiam deo nostro: dei perfecta sunt opera: et omnes uie eius iu
dicia. Deus fidelis et absque ulla iniquitate: iustus et rectus.
Peccauerunt ei: et non filii eius in sordibus. Generatio praua
atque peruersa: hec ne reddis domino popule stulte et insipiens.

Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit et fecit et creavit te.
Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Interroga
patrem tuum et annuntiabit tibi, maiores tuos et dicent tibi.
Quando dividebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam,
constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.
Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius. Inve-
nit eum in terra deserta, in loco horroris et vaste solitudinis.
Circumduxit eum et docuit et custodivit quasi pupillam ocu-
li sui. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos,
et super eos volitans. Expandit alas suas et assumpsit eos atque
portavit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit et non erat
cum eo deus alienus. Constituit eum super excelsam terram ut
comederet fructus agrorum. Ut sugeret mel de petra oleumque de saxo
durissimo. Butyrum de armento et lac de ovibus cum adipe
agnorum et arietum filiorum Basan. Et hircos cum medul-
la tritici et sanguinem uve biberet meracissimum. Incras-
satus est dilectus et recalcitravit, incrassatus impinguatus di-
latatus. Dereliquit deum factorem suum et recessit a deo sa-
lutari suo. Provocaverunt eum in diis alienis et in abhomi-
nationibus ad iracundiam eum concitaverunt. Immolave-
runt demoniis et non deo, diis quos ignorabant. Novi recentesque
venerunt, quos non coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit
dereliquisti et oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus et ad iracun-
diam concitatus est, quia provocaverunt eum filii sui et filie.
Et ait: abscondam faciem meam ab eis et considerabo novissima
eorum. Generatio enim perversa est et infideles filii. Ipsi me pro-
vocaverunt in eo qui non erat deus et irritaverunt in vanitatibus suis.
Et ego provocabo eos in eo qui non est populus et in gente stulta irritabo
illos. Ignis succensus est in furore meo et ardebit usque ad in-
ferni novissima. Devorabitque terram cum germine suo et mon-

tium fundamenta comburet. Congregabo ſuper eos mala et ſa
gittas meas complebo in eis. Conſumentur fame et devorabunt
eos aves morſu amariſſimo. Dentes beſtiarum immittam in eos cum
furore trahentium ſuper terram atque ſerpentium. Foris vaſtabit e
os gladius et intus pavor, iuvenem ſimul ac virginem, lactentem
cum homine ſene. Dixi ubinam ſunt? ceſſare faciam ex hominibus
memoriam eorum. Sed propter iram inimicorum diſtuli, ne forte ſuperbi
rent hoſtes eorum et dicerent: manus noſtra excelſa, et non dominus fecit hec
omnia. Gens abſque conſilio eſt et ſine prudentia, utinam ſaperent et in
telligerent ac noviſſima providerent. Quomodo perſequeba
tur unus mille et duo fugarent decem milia. Nonne ideo quia
deus ſuus vendidit eos et dominus concluſit illos. Non enim eſt deus
noſter ut dii eorum et inimici noſtri ſunt iudices. De vinea Sodomorum
vinea eorum et de ſuburbanis Gomorre. Uva eorum uva fellis et botr[illegible]
amari[illegible] F[illegible] vinum [illegible] aſpidum
inſanabile. N[illegible] hec con[illegible]
auris meis. M[illegible]
tur pes eorum. I[illegible]
Iudicabit dominus populum [illegible] V[illegible]
quod infir[illegible]
et ſum[illegible] G[illegible]
De quorum [illegible]
munita S[illegible]
protegant V[illegible]
me. E[illegible]
nabo et [illegible] L[illegible]
celum [illegible] S[illegible]
[illegible]
[illegible] R[illegible]
[illegible]

et gladius meus devorabit carnes. De cruore occisorum et de
captivitate nudati inimicorum capitis. Laudate gentes po
pulum eius: quia sanguinem servorum suorum ulciscetur.
Et vindictam retribuet in hostes eorum: et propitius erit terre populi su
i. Te deum laudamus te dominum confite- **Canticum Angelorum**
mur. Te eternum patrem omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli tibi celi et universe potestates. Tibi cherubyn
et seraphyn incessabili voce proclamant. Sanctus. Sanctus. Sanctus
dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra maiestatis glo
rie. Te gloriosus apostolorum chorus. Te prophetarum laudabilis nume
rus. Te martirum candidatus laudat exercitus. Te per orbem ter
rarum sancta confitetur ecclesia. Patrem inmense maiestatis. Ve
nerandum tuum verum et unicum filium. Sanctum quoque
paraclitum spiritum. Tu rex glorie christe. Tu patris sempiternus es
filius. Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti
virginis uterum. Tu devicto mortis aculeo aperuisti creden
tibus regna celorum. Tu ad dexteram dei sedes in gloria patris. Iu
dex crederis esse venturus. Te ergo quesumus tuis famulis
subveni quos precioso sanguine redemisti. Eterna fac cum
sanctis tuis in gloria numerari. Salvum fac [illegible] domine.
[illegible] Et [illegible] usque in eternum.
[illegible] P[illegible] Et [illegible] in se
culum [illegible] D[illegible] sine peccato [illegible]
nos [illegible] M[illegible] miserere nostri. F[illegible]
[illegible] speravimus [illegible]
In te [illegible] **Canticum trium**
B[illegible] **puerorum**
[illegible] B[illegible]
[illegible] B[illegible]
[illegible] B[illegible]

ſtelle celi domino. Benedicite omnis ymber et ros domino. Benedicite omnes
ſpiritus dei domino. Benedicite ignis et eſtus domino. Benedicite frigus et eſtas domino.
Benedicite rores et pruina domino. Benedicite gelu et frigus domino. Benedicite glacies
et nives domino. Benedicite noctes et dies domino. Benedicite lux et tenebre domino.
Benedicite fulgura et nubes domino. Benedicat terra dominum laudet et
ſuperexaltet eum in ſecula. Benedicite montes et colles domino. Benedicite uni-
verſa germinantia in terra domino. Benedicite fontes domino. Benedicite maria
et flumina domino. Benedicite cete et omnia que moventur in aquis domino.
Benedicite omnes volucres celi domino. Benedicite omnes beſtie et pecora domino. Benedicite
filii hominum domino. Benedicat iſrael dominum laudet et ſuperexaltet
eum in ſecula. Benedicite ſacerdotes domini domino. Benedicite ſervi domini domino. Benedicite
ſpiritus et anime iuſtorum domino. Benedicite ſancti et humiles corde domino. Benedicite
anania azaria miſael domino. Laudate et ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicamus patrem et filium cum ſancto ſpiritu. Laudemus et ſuperexal-
temus eum in ſecula. Benedictus es domine in firmamento celi. Et
laudabilis et glorioſus et ſuperexaltatus in ſecula. Cant. zacharie

Benedictus dominus deus iſrael quia viſitavit et fecit redemptionem
plebis ſue. Et [illegible] ſalutis nobis in domo david
pueri ſui. Sicut [illegible] per os ſanctorum qui a
ſeculo ſunt prophetarum eius. Salutem [illegible] nobis et de manu omnium
qui oderunt nos. Ad faciendam [illegible] cum patri-
bus noſtris et memorari [illegible] ſui ſancti. Iuſiurandum quod
iuravit ad abraham [illegible] daturum ſe nobis. Ut ſine
timore de manu [illegible] ſerviamus illi. In ſancti-
tate et iuſtitia [illegible] Et tu puer
[illegible]
[illegible]